



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

V. Hadrianus I. hanc frustra repetit in vij. Synodo. Minatur excommunicationem. Nicolaus petitione excidit, & a Bulgarica Diœcesi depulsus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

scriptoribus abhinc quinquaginta annis exciderant; cum labentibus patriæ rebus, & regno in partes scisso, Principis caput colore pietatis quaesito petebatur.

III. Sed nolo in ea hæere responsione, quæ argumenti imbecillitatem prodit, & mentem averfam impostoris. Majus aliquid molendum est. Docendum nempe, editio- ne illorum voluminum, quibus Libertates Ecclesiæ Gallicanæ continentur, schisma- tibus viam præcludi, non recludi. Absit au- tem ut sacri Concilij Decretum imminuere velim, aut Episcoporum sententiam infrin- gere, qui justis suffragiis pietatem adversus profanas aliquot voces ulsi sunt. Hoc unum duntaxat assero, eum qui religioso & sincere animo expendendarum Ecclesiæ Galli- canæ Libertatum partes in se recipit, rec- tam inire viam quam persequi oporteat ad avertendam Ecclesiæ & Regni dissensio- nem. Atque adeo si intra hosce fines coër- ceri possit editio Syntagmatis illius politici, consilium editoris ita interpretari par erit, ut procuratum ab eo fuisse dicamus duarum potestatum consortium, potius quam earum dissidium ab homine privato tentatum. Quotidie in iis negotiis versamur quæ in confinio jurisdictionis ecclesiasticæ & regniæ posita sunt. Nihil frequentius apud summa Curiarum tribunalia quæ vice sacra judi- cant, iis litibus quæ fori præscriptionibus continentur. Itaque non malè merentur de re publica qui sacrorum finium regundo- rum arcanam disciplinam in lucem emit- tunt; ut neminem lateat quæ ratio iis ten- enda sit quibus propositum est offensio- nis ob confusos jurisdictionum fines plerun- que accensas præcavere. Non aliunde enim uberior contentionum leges & proventus in societatem humani generis redundare so- let: quæ in apertum aliquando bellum apud Reges erumpunt, & schismaticam divisio- nem velut aliquod bellum sacrum (in quo de finibus disceptabatur olim) in Ecclesiam important.

IV. Lugendum illud schisma, & omni- bus seculis deplorandum, quod florentissi- mas Orientis Ecclesias à Capite suo avulsit, non in aliam causam conjiciendum est, quàm in contentionem quæ ob Diæceses malo more usurpatas exarsit. Non enim in eam hæresim, quæ de Processione Sancti Spiritus dimicantes Ecclesias postea colli- sit, referenda est hujus dissidij causa, sed in eam, de qua dixi, Diæcesion usurpatio- nem; unde nata est Græculis occasio de summis Christianæ religionis capitibus, & certis quibusdam Disciplinæ articulis, litis movendæ adversus Romanam Ecclesiam,

ut secessionem suam necessariam omnibus comprobarent. Rem certam narrabo, etsi fortasse non omnibus obviam qui mediæ ætatis scriptores terunt. Leo Isaurus per omnes Imperij Constantinopolitani provin- cias usum Imaginum in templis Edicto abrogavit, & confringi jussit. Gregorius II. & III. coactis Romæ Conciliis tantum nefas damnarunt, & contumaces anathe- mate defixerunt. Hinc qui Ravennæ & in ceteris Italiæ provinciis excubabat exerci- tus, conjunctis populorum studiis in rebel- lionem adeo præfractè erupit, ut de novo Imperatore constituendo cogitaret, nisi Gregorius Pontifex summa auctoritate in- tercessisset, in eo sistendum ratus, ut com- munionem Ecclesiæ, non Imperij dignitate, Leoni esset interdictum. Quoniam tamen à Pontifice non sanè nominatum, sed per con- sequentiam quandam, absentus erat Ec- clesiæ communionem, atque inde rebellionis occasio erat profecta, dolorem suum ita ul- tus est, ut supra patrimoniorum & latifun- ditorum capionem quæ in Sicilia & Cala- bria sita erant, earum omnium provincia- rum quæ à Sicilia usque ad Thraciam per Illyricum, Epirum, Achaïam, & Macedo- niam porrigebantur, administrationem ab Ecclesia Romana avelleret, & Constanti- nopolitanæ tribueret.

V. Post quinquaginta exinde annos, oc- casione septimæ Synodi Nicenæ captata, quò Legatos suos misit Hadrianus I. ut Ec- clesiæ laboranti in Oriente & ob Imagines contractas discissæ opitularetur, restitutio- nem Diæceseos abscissæ tanto justius peti- vit, quòd Ecclesia Romana per summum scelus hanc vim passa erat ab ea hæresi quæ tum in Synodo proscribebatur. Sed nihil promovit Legatorum conatus, ut hac de re graviter apud Carolum Magnum Franco- rum Regem conqueritur Hadrianus; adeo ut animo fixum sibi esse profiteatur Græcos illos tot monitionibus rebelles, & alienæ Diæceseos pervasores pertinacissimos, nisi quantoocyus eam Ecclesiæ Romanæ resti- tuant, inter hæreticos censere. *De Diæcesi, inquit ille, S. nostre Romane Ecclesia tam Archiepiscoporum quàm Episcoporum, seu de Patri- montis, iterum increpantes commonemus, ut si noluerit ea sanctæ nostre Romane Ecclesie resti- tuere, hæreticum eam pro hujusmodi erroris per- severantia esse decernemus.* Primò fortasse omnium in mentem venit Hadriano, ut quæ à Canonibus excommunicatione tan- tum plectitur alienorum Bonorum injusta detentio, in hæreseos censum veniret, ob destinatum & defixum in errore illo propo- situm. Quæ anathematis comminatio effe-

Vide lib. 3. cap. 11. §. 3.

Anastasio in vita Gregorij.

In Apologico ad Carolum pro ima- ginibus (sub fi- nem: *Dudum quippe quando est pro sacris Imaginibus ere- ctione adhorati sumus, simili us- da & de Diæcesi tam Archiepisco- porum quàm Episcoporum san- ctæ Catholice & Apostolicæ Ro- mane Ecclesie communionem quæ prius resti- tuere: quæ tunc cum patrimonij nostri abstine- ram, quante sa- cras Imagines de- posuerunt, & nec responsum quod- libet exinde dele- rant.*

A ij

679. Nazian. Orat. ad 110. Pa- trum. 1176. 1177. 1178. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1217. 1218. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1227. 1228. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1238. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1247. 1248. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1258. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1268. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1278. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1288. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1297. 1298. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1307. 1308. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1317. 1318. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1327. 1328. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1346. 1347. 1348. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1356. 1357. 1358. 1359. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1366. 1367. 1368. 1369. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1376. 1377. 1378. 1379. 1380. 1381. 1382. 1383. 1384. 1385. 1386. 1387. 1388. 1389. 1390. 1391. 1392. 1393. 1394. 1395. 1396. 1397. 1398. 1399. 1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1405. 1406. 1407. 1408. 1409. 1410. 1411. 1412. 1413. 1414. 1415. 1416. 1417. 1418. 1419. 1420. 1421. 1422. 1423. 1424. 1425. 1426. 1427. 1428. 1429. 1430. 1431. 1432. 1433. 1434. 1435. 1436. 1437. 1438. 1439. 1440. 1441. 1442. 1443. 1444. 1445. 1446. 1447. 1448. 1449. 1450. 1451. 1452. 1453. 1454. 1455. 1456. 1457. 1458. 1459. 1460. 1461. 1462. 1463. 1464. 1465. 1466. 1467. 1468. 1469. 1470. 1471. 1472. 1473. 1474. 1475. 1476. 1477. 1478. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1484. 1485. 1486. 1487. 1488. 1489. 1490. 1491. 1492. 1493. 1494. 1495. 1496. 1497. 1498. 1499. 1500. 1501. 1502. 1503. 1504. 1505. 1506. 1507. 1508. 1509. 1510. 1511. 1512. 1513. 1514. 1515. 1516. 1517. 1518. 1519. 1520. 1521. 1522. 1523. 1524. 1525. 1526. 1527. 1528. 1529. 1530. 1531. 1532. 1533. 1534. 1535. 1536. 1537. 1538. 1539. 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1546. 1547. 1548. 1549. 1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1556. 1557. 1558. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. 1569. 1570. 1571. 1572. 1573. 1574. 1575. 1576. 1577. 1578. 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1588. 1589. 1590. 1591. 1592. 1593. 1594. 1595. 1596. 1597. 1598. 1599. 1600. 1601. 1602. 1603. 1604. 1605. 1606. 1607. 1608. 1609. 1610. 1611. 1612. 1613. 1614. 1615. 1616. 1617. 1618. 1619. 1620. 1621. 1622. 1623. 1624. 1625. 1626. 1627. 1628. 1629. 1630. 1631. 1632. 1633. 1634. 1635. 1636. 1637. 1638. 1639. 1640. 1641. 1642. 1643. 1644. 1645. 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. 1654. 1655. 1656. 1657. 1658. 1659. 1660. 1661. 1662. 1663. 1664. 1665. 1666. 1667. 1668. 1669. 1670. 1671. 1672. 1673. 1674. 1675. 1676. 1677. 1678. 1679. 1680. 1681. 1682. 1683. 1684. 1685. 1686. 1687. 1688. 1689. 1690. 1691. 1692. 1693. 1694. 1695. 1696. 1697. 1698. 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1707. 1708. 1709. 1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1717. 1718. 1719. 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. 1725. 1726. 1727. 1728. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737. 1738. 1739. 1740. 1741. 1742. 1743. 1744. 1745. 1746. 1747. 1748. 1749. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767. 1768. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797. 1798. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1817. 1818. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1847. 1848. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1858. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1880. 1881. 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1899. 1900. 1901. 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. 1907. 1908. 1909. 1910. 1911. 1912. 1913. 1914. 1915. 1916. 1917. 1918. 1919. 1920. 1921. 1922. 1923. 1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929. 1930. 1931. 1932. 1933. 1934. 1935. 1936. 1937. 1938. 1939. 1940. 1941. 1942. 1943. 1944. 1945. 1946. 1947. 1948. 1949. 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 1955. 1956. 1957. 1958. 1959. 1960. 1961. 1962. 1963. 1964. 1965. 1966. 1967. 1968. 1969. 1970. 1971. 1972. 1973. 1974. 1975. 1976. 1977. 1978. 1979. 1980. 1981. 1982. 1983. 1984. 1985. 1986. 1987. 1988. 1989. 1990. 1991. 1992. 1993. 1994. 1995. 1996. 1997. 1998. 1999. 2000.

ctum tandem sortita est, postquam Romanorum patientiam morosa Constantinopolitanorum ludificationes exhauerunt. Etenim cum à Nicolao I. Michaël Imperator Legatos impetrasset, in eum finem, ut unà cum Synodo in Oriente cogenda, Ignatij Patriarchæ exauctorationem, & adulterium Photij, id est, Constantinopolitanæ sedis incubationem, consensu suo firmarent, Nicolaus non insuperhabuit sedis suæ jura; quin potius provinciarum Illyrici, Macedonia, Thessaliæ, Achaïæ, Epiri, & Sicilia petitionem renovavit. Verum nulla tam honestæ expostulationis habita ratione, à Bulgaria (quæ erat Illyrici non contemenda portio, & recens ad fidem converso Rege Michaële ad Romanæ Ecclesiæ dispositionem accesserat) per vim à Constantinopolitanis fuit deturbatus.

Nicolaus Lep. 1.

Anastaf. in vita Photij. 11 & in Præfat. Syn. viii.

Hadriani II. in ep. ad Basilium, quæ erat sub finem Concilij 8. editionis Anastaf. Favore usque frater & cognatus in Bulgariam regione confederatæ presumpsit anathematis. Infra: Sacerdos manu iam dictum Præsulum ab illius regione districtissimus saluberrimus monita quædam coercere, alioquin nec ipse canoniceam fugiet ultionem. & q. qui suspensus vel alterius officij sibi nomen illic usurpant, cum excommunicatione, quæ sem tenentur afflicti, oritur propterea quod iactura carolus. Ioannes VIII. ep. 199. 100. & 101. Ad. 3. & 4. Concilii sub Photio habiti, apud Baron. an. 860. Ioannes epist. 130. ad Basil.

VI. Successit huic injuriæ Ignatij vitium: qui licet Romanæ sedis beneficio & auctoritate in octava Synodo, detruso Photio, Ecclesiam suam receperit, tamen à Legatis Hadriani II. rogatus ut vicem Ecclesiæ Romanæ rependeret restitutâ Bulgariâ, (ceteras enim provincias Pagani & Saraceni miserè lacerabant) adeo se alienum præstitit, ut subornatis Vicariis trium sedium Patriarchalium Alexandria, Antiochiæ, & Hierosolymorum, eam Diocesim sibi ab iis addici curaverit, reclamantibus licet Romanæ sedis Legatis, qui de hac re secum agi non posse, utpote mandato destitutis, contendebant, & per summam injuriam antiquissima Ecclesiæ Romanæ jura & recentem possessionem convelli. Qui motus animi fuerit Hadriano II. ipse ostendit epistola ad Basilium Macedonem Imperatorem, qua Ignatio abstentionem minatur, nisi à Bulgaria discesserit. Ignatij obitu Orientis statum immutavit. Photius anathemate toties ictus, & ab octava Synodo totius orbis suffragijs discinctus, Constantinopolitanam sedem per gratiam Principis repetit, accedente Sacerdotum consensu. Interpellatur Ioannes VIII. ut Decreto suo omnium votis pro pace illius Ecclesiæ suffragetur. Annuit ille, non reseisus quidem tot judicij à Nicolao & ab octava Synodo adversus Photium redditis, sed earum damnationum indulgentiâ concessâ; ea tamen lege, ut Bulgariam Ecclesia Romana reciperet, alioqui Photium excommunicationis pœna constringeret. Photius conditionem adjunctam adeo non implevit, ut in ea Synodo quæ ad ejus restitutionem sancendam coacta est Constanti-nopoli, confidentibus apostolicæ sedis Legatis, Bulgaricæ Diœceseos quæstio,

quasi de finibus Imperij ageretur, ad Imperatorem sit remissa; & insuper sancitus canon, ne abstenti à Photio in communionem susciperentur à Romano Pontifice. Basilium Imperator Græca fraude Ioanni os sublinire se posse putavit, & suo officio defungi, si literis suis testaretur per se liberum esse Pontifici ut Bulgariam retineret. Interim tamen nec revocati sunt Episcopi quos sedes Constantinopolitana ijs provincijs præfecerat; & summis est Michaël Rex Bulgarorum, qui eorum ministerio Ecclesias suas procurandas Ioanni contestaretur; adeo ut & voti reatum, & schismatis crimen, Michaëli Pontifex exprobrandum duxerit. Itaque & Bulgaricæ Diœceseos restituit denegata, & suæ communionis impertiendæ abstentis à Photio arbitrium præcisum, adeo Ioannem commovit, ut Photium anathemate feriret; quem admodum docet Formosi Pontificis epistola ad Stylianum. Ex eo tempore interrupta sunt communionis confortia; & Leo Imperator, Basilij filius, velut opimis quibusdam spolijs de Ecclesia Romana relatis, Notitiam episcopatum qui ordinationi Constantinopolitanæ Ecclesiæ subiacent, ijs provincijs auxit quæ, ut ipse loquitur, à Romana Diœcesi avulsa sunt.

Ioannes epist. 197. ad Michaelem, & in Appendice ep.

Formosus ep. ad Stylianum: Ioannes anathematizavit Photium demeruit, quando ille sedente Eugenio & ejus fratre, qui pro rebus Bulgaria venerunt. Notitia Leonis Imper. L. 1. tit. 1. Græco-Romano. Notitia Leonis Imper. L. 1. tit. 1. Græco-Romano.

OBSERVATIO STEPHANI BALUZII.

IN QUO prorsus Holstenio visum est, quod in hoc capite adnotatum est schisma Orientalium fluxisse ex controversia que inter Summos Pontifices & Orientalem Ecclesiam exarlit ob Diœceses malo more usurpatas, & Episcopo Romano per vim ablatas. Istam quidem criminationem fortiter repulit illustrissimus Archiepiscopus, adeo ut ope nostra nequaquam indigeat, satisque sit monuisse lectorem ut adeat Responsum ejus ad Notas Holstenij, quæ edita est inter Prolegomena. Quid si vir præci moris amantissimus, majorum nostrorum qui regnante S. Ludovico vixerunt exemplum secutus, causas illius schismatis imputasset avaritiæ superbiæque Romanorum? Tunc videlicet data fuisset bella occasio invehendi in hominem. Avo namque sancti Ludovici Francorum Regis, Capitula provinciarum Remensis, Senonensis, & Rothomagensis, scriptis ad Clementem IV. Summum Pontificem gravissimis literis anno M CC LXVII. adversus exactiones Curie Romanæ, non dubitaverunt palam objicere, tanquam rem certam & cunctis notam, hinc ortum esse schisma Ecclesiæ Orientalis; Ceterum quod propter hujusmodi exactiones, inquit, Orientalis Ecclesia ab obedientia Romane Ecclesiæ recesserit, patet cunctis. Eandem inter alias causam attulere Fratres Prædicatores, dum anno M CC LIII. adversus Græcorum errores scriberent. Extabat eorum liber manuscriptus in bibliotheca Bavarica, unde editus est Ingolstadtij à Petro Stevartio in Tomo singulari anno M DC XVI. & hinc tran-

Epistola hæc erat in Chronico Normannie, inter Scriptores Hill. Norman.